Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26488
Copyright: Admont, Benediktinerstift

que sic diffinari potest. Spes est fiducia futurorum bono
rum ex grā dei. et ex bona conscientia. De fide et spe
secundū quosdā oritur caritas. que est amor dei ppter
ipsum. et primum ppter deum. de fide tanquā funda
mento omnīū bonorum spes et caritas. quia nichil potest
sperari l speratū amari nisi prius credatur. credi aū
potest. quod non speratur. l quod non amatur. licet
namq; tēpore simul sint. et non prius fides meritū
habet quam spes et caritas. tamen incausa fides p̄cedit spē
et caritatē. quia inde speramus et diligimus quia credimus.
similiter ex spe caritas. quia ideo diligimus futura bona
quia speramus. quod enī nos speramus adepturos. illud
diligimus. s. quia ut auctoritas dicit. spes ē certitudo re
mūneris ex p̄cedentibus meritis. Ne sine meritis aliquid
speraret nō spes sed p̄sumptio debet dici. et sine caritate
nullū meritum. videt quibdā q̄ ex fide et caritate fiat
spes. ut enī dicit augustinus. de fide et operibus. fides
que per dilectionē operatur fundamentū est. non fides de
monū. qua ipsi credunt et contremiscunt. et si spes ē ex
fide operante p dilectionē. tunc ex fide et caritate. s. q̄
auctores frequenter hunc ordinē ponunt. fides. spes.
caritas. hoc ideo fit ut dicunt. quia caritas maior est
Illa tū oppositio ut michi videtur sic potest solui.
spes est certitudo ex p̄cedentib; meritis. non debet in
telligi ex meritis precedentibus ipsā spē. quia nullum
meritum precedit spē. s. p̄cedentibus illud